

eranientium Eucharistię tam illis quibusuis
personis licite ministrandi, Apostolica au&to-
ritate predicta, indulgenſis, ac de nouo con-
cedimus in omnibus, & per omnia. Ita quod
Ordinis Superiores Fratres, Moniales, Soror-
es, personę, Monasteria, Domus, Ecclesię, &
loca prædicta, illis tam in genere quam in spe-
cie, concessis, ut p̄fertur, uti potiri & gaude-
re possint, & debeant. Ac ab ipsis Inquisitorि-
bus, impositionibus, grauaminibus, oneribus
decimis, quarta, & quinta etiam funeralium,
& aliorum quorumcunque eis legatorum, &
oblatorum ac concessorum pro tempore, nec
non pedagiis, & gabellis, ac omnibus, & sin-
gulis aliis supra dictis, libera penitus, immu-
nia, & exempta au&toritate Apostolica, & te-
nore predictis, etiam concedimus, & indulge-
mus, ac statuimus, & ordinamus. Et nihilomi-
nus Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo
Rothomagensi, & Episcopo Conchiensi, ac di-
le&to filio Curie causarum Camerę Apostoli-
cę Auditori, per presentes committimus, & mā-
damus, quatenus ipſi vel duo, aut vnuſ eorum
per ſe, vel alium ſeu alios faciant au&toritatem
noſtra præſentes literas, & in eis contēta que-
cunque plenum effectū ſortiri, illisque omnes

quos